

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3191

**Auteur(s) :** Dreux, Vexin (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1024...

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Dreux, comte de Vexin, fait remise du droit de travers sur le vin au passage de Mantes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 8, p. 38-39.

Texte établi d'après a

Pax ubique omnibus ahec elementa legentibus. Cum non immerito in impossibile constet haberi mortales ut premiis donentur immortalibus promereri, eis tamen quos Pater aeternus sibi gratis dignatus est adoptare, gratuita pietate impendit quibusdam fidei vestigiis tanquam propriis meritis ad caelestia peruenire, quorum ut ex multis sufficiant pauca, hoc unum est memoriae concedendum quod ostenditur inter cetera « facite, inquiens, vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula ». Cuius sentencie memor, ego Drogo, nutu solummodo omnium creatoris comes, inter alia quamlibet parua que pro anime mee solutione omnipotenti Deo sanctisque eius obtuli uel offerre desidero, almo Petro, apostolorum principi, necnon piissimo confessori quondam fundatori Fontanellensis coenobii Wandreg. et ipsius predicti loci abbati monachisque eius jure perpetuo hoc confero munus : quatinus, pro pecunia ab eis aliqua accepta, maximeque pro defensione hostium meorum uisibilium atque inuisibilium, eorum vina seu alia aliqua omnia ad se pertinentia per castrum Medantum absque ullo debito finetenus transeant libera. Quod si quis meorum succedentium, proximorum siue externorum refellere studuerit inuidus uel sibi usurpare, auaricie telis transfixus, et iusto Dei iudicio omnino priuetur transeuntibus bonis nec valeat inhibere mansuris. Quam cartulam manu mea confirmo et auctorizo sub horum testium testimonio : † S. Drogonis com., S. Rodulfi, S. Adhe clerici, S. Geroldi clerici, Heruei clerici, Aduentus clerici, Roscelini clerici, Vuerini clerici, Fulconis clerici, Walteri, Ascelini clerici, Sansonis laici, Sauuali laici, Segeberti laici, Letvini, Addonis, Walteri, Fulberti, Hugonis, Huberti prepositi, Widonis, Widonis alii, Huberti Genscelmi. S. † Rodulfi com., Willelmi, Wlfranni, S. Maginardi clerici, S. Wascelmi clerici, S. Geraldini clerici, Roscelini, Godelini, S. Iuonis laici, S. Roberti laici, Rodulfi, alii Rodulfi, Willelmi, S. Huberti, Rainfredi, Hugonis, Huberti iuuenis, Rodulfi iuuenis. S. † Walterii com., Rodberti calui, Warnerii, Rodulfi, Rodberti, Waldeni, Ascelini.